



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Archiepisc. Et Decano Senonen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20006

DECANO ET CAPITVLO
Pictaven.

Epi. 492.
Ejusdem argu-
menti cum præ-
cedentibus.

CVM sedes apostolica &c. ut *suprà ferè in eundem modum usque ad verbum* facultatem. Ideoque universitati vestræ per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quatenus eidem Episcopo tanquam Prælato & pastori animarum vestiarum debitam obedientiam & reverentiam impendatis; ut cùm ipse in vobis filialem devotionem inveniret, benignus vobis & mansuetus existat, & vos & Ecclesiam vestram paterno benignius amplexetur affectu. Datum ut suprà.

ABBATIBVS, ET PRIORIBVS,
Prepositis, & aliis Ecclesiarum Prelatis,
& universis Clericis Pictaven. Ecclesiæ dioceſana lege ſubjeſtis.

Epi. 493.
Vi Episcopo suo
comperit.

CVM sedes apostolica &c. ut *suprà ferè in eundem modum usque ad verbum* facultatem. Cùm itaque praedicto Episcopo vestro debeatis tāquam membra capiti cohærere, & ipsius salubribus monitis & mandatis devotè ac humiliter obedire, universitati vestræ per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quatenus ei cum devotione obedientiam & reverentiam impendatis, & de rationibus episcopalibus curetis plenariè respondere, ſicque ipſi ad relevanda onera debitorum, quibus Pictaven. Ecclesia, ſicut dicitur, prægravatur, grata ſubventionis auxilia minifretis, quod ipſe vos tanquam bonos filios habeat ſemper in viſceribus caritatis, & vestris valeat utilitatibus imminere. Datum ut suprà.

NARBONEN. ARCHIEPISCOPO,
& fratri Rainero.

Epi. 494.
Episcopi Car-
cassonensis re-
fugationem
approbat.

HAnc inter corporalia & spiritualia conſtar exiſtere diſtertiam, quod corporalia facilius deſtruuntur, quam conſtruantur; è contrario vero spiritualia facilius conſtruantur, quam deſtruantur. Vnde juxta canonicas ſanctiones Episcopus ſolus dare honorem potest, ſolus autem non potest auferre. Ex parte ſiquidem venerabilis fratri noſtri Carcassonē. Episcopi fuit in audiētia noſtra propositum, quod in ſuis adeo proceſſit diebus, & propter ſenium vigor naturalis in ipſo defecit, quod omnino eſt inutilis & inſufficientis ad portāndam curam Carcassonē. Ecclesiæ, immo

ejus administratio (ſicut proponitur) animabus ſibi commiſſis pernicioſa eſt potius & damnoſa; praefertim cùm non ſolū in temporalibus, immo etiam in ſpiritualibus, Ecclesia ſuæ curæ commiſſa cum ceteris diocesanis tantum laſpum incurrit, quod humani generis inimicus ferè universorum corda iniquitatis gladio penetravit, ut eos ſecum in ignem perpetua gehennæ retrudat, & in tantum in ea diocesi virus prævaricationis hæreticæ penetravit, quod diuersas & inauditas ſectas ministri diabolice fraudis ibidem adinveniunt, & publicè profitentur, & populum qui ſibi credat habent; ita ut vox eorum angelica reputetur, nec ſit inter eos qui ab ore ministri verbum affeſtet quin immo non dedignetur evangelicæ prædicationis audire. Propter quod idem Episcopus ſuam insufficientiam recognoscens, à nobis humiliter poſtulavit ut ei cedendi licentiam præberemus. Nos igitur tam ſuper laſpu Ecclesiæ, quam interitu animarum, qua per incuriam pastoris in laqueum damnationis incidiſſe creduntur, pio condolentes affectu, & volentes ſuper hoc congrua provisionis remedium adhiberi, diſcretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus ſi præſatum Episcopum propter impedimentum cordis vel corporis insufficientem eſſe noveritis ad gerendam ſolicitudinem pastoralem, vos auctoritate noſtra cessionem ejus admittere minimè poſponatis; & ea liberè ac ſine pravitate recepta, Canonis Ecclesiæ Carcassonē, tribuatis licentiam idoneum Episcopum eligendi, qui opere ac sermone fidei prævaricatores ad fideli revocet unitatem, & eradicato penitū zizaniorum germe, frumentum cum multiplicato fructu faciat inspirante divina clementia pullulare. Vobis autem in virtute obedientiae diſtričte præcipimus ut per vos ipſos & quoscumque alios ad præfatos hæreticos de Narbonen, provincia penitū excludendoſ omne ſtudium & operam, quam poteritis, tribuatis. Datum Laterani X. Kalend. Ianuarij.

ARCHIEPISC. ET DECANO
Senonen.

POteſtatis apostolice plenitudo longè latèque diſſuſa, licet ubique præſens potentialiter habeatur, tamen

Epi. 495.
Vi Ecclesiæ
S. Martini Tu-
roenſis ab in-
juia defendat.

Nn iii

286 Epistolarum Innocentij III.

quia ea quæ ad tantum officium pertinet, per se, prout singulis expediret, non valet præfessionaliter exercere, tam vos quæm alias ministros Ecclesiarum in partem solicitudinis advocavit, ut sicut tanti onus officij per subsidiarias actiones commodiū supportetur. Inde est quod cùm Ecclesia beati Martini Turen. nostra filia specialis existat, nec ei possimus in quibuslibet necessitatibus suis præfessionaliter, prout tenemur, adesse, nos ministerium nostrum, quod eidem impendi non potest, vestræ solicitudini committentes, discretioni vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus dilectis filiis Canonicis ipsius Ecclesiæ, quoties ad vos pro irrogatis sibi injuriis duxerint recurrentum, de malefactoribus suis constitutis in terra caris. in Christo filij P. illustris Regis Franciæ, appellatione remota, nullatenus differatis justitiae plenitudinem exhibere, ad id liberiū faciendum, quemadmodum videritis expedire, motione præmissa rigorem ecclesiasticum, prout justum fuerit, adhibentes. Datum ut supra.

Scriptum est in eundem modum Episcopo & Decano Pictaven.

PICTAVEN. ET CENOMANEN.
Episcopis, & Abbatu de Fontana.

Epiſt. 496.
Ejusdem argu-
menti.

Protestatis apostolicae &c. ut supra usque ad verbum committentes, fraternitati vestræ per apostolica scripta mandamus quatenus ad eandem Ecclesiæ accedentes, ea quæ tam in vestimentis Canonicorum inordinatis quæm divinis obsequiis, meditationibus, & firmis tempore residentia facienda, & aliis tam spiritualibus quæm temporalibus videritis corrigenda, cum consilio eorum quos in ipsa Ecclesia maturioris & seniorioris consilij esse noveritis, auctoritate apostolica sublato contradictionis & appellationis obstaculo, Deum solum habentes præ oculis, corrigentes, eos quos vestris institutionibus contrarios inveneritis aut rebelles, per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescatis, ita in hoc provisione sollicita procedentes, quod studium vestrum apud Deum & homines multipliciter appareat commendandum. Quod si omnes &c. duo vestrum &c. Datum ut supra.

CONVENTRENSI EPISCOPO.

Vitium simoniaca pravitatis quantum Deo sit odiosum, & quanta ex eo sequatur pernices animarum, fraternitatem tuam credimus non latere. Inde est quod cùm, sicut audivimus, plures Clerici de tua dioceſi sua sint beneficia simoniaca affecuti, ita quod ex hoc magnum scandalum in populo generetur, tibi præsentium auctoritate duximus injungendum ut illis qui legitimè convinci poterint ecclesiastica beneficia taliter obtinere, amotis, tibi ea liceat, appellatione remota, personis idoneis assignare; alios vero qui canonicè convinci non poterint, si fama publica noveris laborare, ad purgationem canonicanam subl. appellationis diffugio nostra possis auctoritate compellere, ne scandalum in populo generetur. Vellemus autem quod circa primordia promotionis tuæ majorem nobis & Ecclesiæ Romanae reverentiam impendisses, Datum La-

Epiſt. 497.
De pectoralino
niacorum.

LITERÆ GUIDONIS
Comitis Alvernæ ad Dominum
Papam.

Dominino Innocentio divina bonitate sanctæ Romanæ Ecclesiæ Summo & universalī Episcoporum Episcopo Guido Comes Alvernæ salutem cum omni reverentia, & hominij fidelitatem debitam. A parentum meorum fide non degenerare laboras, qui quoddam suum proprium castellum nomine *Vteo, Deo & sanctis Apostolis & Ecclesiæ sanctæ Romanæ sibique præsidentibus Domino Alexandro Papæ videlicer & successoribus suis delegarunt, aliud non minus præcipuum castrum à me noviter ædificatum, & meo nomine nominatum, præfata sancta Rom. Ecclesiæ dono & concedo, aurique unciam pro mea recenti mutatione transmitto. Vestram itaque protectionem & defensionem super fratrem meum R. Claramonten. Episcopum exorare, sicut viderur, decrevi: quoniam idem frater meus prefatus Episcopus, conjunctis & adunatis sibi Coterelorum & Basclorum ruptis diversis, in præjudicium sui ordinis & prævaricationem totius juris, terram meam incendiis, homicidiis, & rapinis, & quibuscunque potest malitiis devastat. Vestra

Epiſt. 498.
Romana Eccle-
sia castrum de-
natur, fratrique
fui cantum co-
mendat Ponti-
fici.

* Lig. Bullion,
ut mentem habili-
lus in tripla
Historia Domini
Turriani pag.
40. Videiam
pag. 36, in or.
ad Collectione
legitime Vito.